

MI

28

S. D. N.


D. V R B A N I

DIVINA PROVIDENTIA

P A P Æ V I I I.

CONSTITVTIO

Contra male Ordinantes, & male
Ordinatos.



ROMÆ Ex Typographia Camerae Apostolicæ. 1624:

IN A R E V

THE

OF

AND

BY

OF

OF

OF

OF

OF

OF

OF

OF



U R B A N U S P A P A V I I I . A D P E R P E T V A M R E I M E M O R I A M .



SECRETIS æternæ providentiæ consilijs, nullo nostrorum suffragio meritorum, Speculatores Domus Israël, in sublimi Apostolatus culmine constituti, eò porissimum Pontificiæ fidelitatis officia conuertenda esse arbitramur, vt qui in fortem Domini vocantur, Christiû. Militiæ dant nomen, spirituales Ecclesiæ tranquillitatem non perturbent, sed pacem confirmant, vires augeant, ac tam strenuè se gerant, vt ipsam terribilem, quasi castrorum aciem ordinatam, inferæ potestates, ac Principes tenebrarum quotidie magis perhorrescant. Hæc autem quanto impensius fieri optamus tanto maiori indignatione irreligiosam quorundam impudentiam detestamur, ac sacrilegam temeritatè execramur,

qui Sacros Canones, Summorumq. Pontificum decreta non verentes, Clericales Ordines illegitimè suscipiunt, ac dum in Ecclesiasticorum ministrorum cœtum per nefas irrepunt, Dei cultui, animarum saluti, omnibusq. ad optimum Christianæ Reipublicæ regimen pertinentibus, plurimum obesse noscuntur. Aliàs siquidem se: rec: Clemens Papa IIII. prædecessor noster volens periculis animarum eorum cbiuare, qui vinculo excommunicationis adstricti, aut apostatæ, seû irregulares, vel alias Ordinum sacrorum susceptione indigni, suam patriam, in qua de his haberetur notitia fugientes, se in remotis partibus faciebant ad huiusmodi Ordines promoueri, statuit, vt nullus Episcoporum Italia de caterò aliquem vltromontanum Clericum ordinare præsumeret, nisi ab eodem Clemente prædecessore, vel ab Episcopo, de cuius dioc. traxerat originem, ordinandus, vel in cuius dioc. beneficiatus existeret, per eius patentes literas causam rationabilem continentes, quare ipsum nolebat, aut nequibat ordinare, specialem licentiam haberet, eos verò, quos contra præmissa contigisset ordinari, manere voluit absq. spe dispensationis super hoc à Sede Apottolica obtinendæ suspensos, ac ordinantes condigna poenitentia puniri. CVM autem non sine graui animi nostri molestia, Nobis innotuerit, quamplures vltromontanos suæ salutis immemores, Deiq. timore postposito, ad Ordines prædictos cum falsis Dimissorialibus literis seû etiam cum titulo patrimonij ficto, vel fiduciario, seû etiam falso, cum maximo honorum omnium scandalo, se promoueri fecisse. Nos innumeris, quæ ex minus canonica Clericorum ordinatione huiusmodi proueniunt, malis, quantum Nobis ex Alto conceditur prouidere volentes, prædictam Clementis prædecessoris constitutionem, cum omnibus & singulis in ea contentis approbantes, & innouantes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac

ma tura deliberatione nostris, deq. Apostolicæ potestatis plenitudine, Venerabilibus Fra-
 tribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis in Italia existentibus tenore præsentium
 prohibemus, ne quouis prætextu, & ex quacunque causa, Hispanos, Lusitanos, Gallos,
 vel Germanos, aliosq. quoscunque Ultramontanos, & ex quibusvis locis extra Italiam
 oriundis, non solû ad Sacros, sed neque etiâ ad minores Ordines, vel Clericalem characterẽ
 promouere audeant, seu præsumant, nisi dimissoriales suorum Ordinariorum literas à no-
 stris, & huius Sanctæ Sedis Nuntijs, seu Collectoribus in illis partibus commorantibus re-
 cognitæ, probatæ, & subscriptas habeant, eorundemue Nuntiorum, seu Collectorum
 subscriptiones à dilecto filio nostro in Alma Vrbe Vicario in spiritualibus generali similiter
 examinata, recognitæ, & probatæ fuerint, aliàs promouentes ad anrum ab exercitio
 Pontificalium, promoti verò perpetuæ suspensionis poenam, absque spe dispensationis
 à Sede Apostolica obtinendæ, incurrant eo ipso. Insuper promotos huiusmodi, ac etiam
 eos, qui cum falsis, vel fictis, aut fiduciarijs patrimonij, titulis scienter se ad Ordines hu-
 iusmodi promoueri fecerint, non solum prædictis, verumetiam maioribus arbitrio nostro,
 & pro tempore existentis Romani Pontificis infligendis poenis: Italos verò, si quos in po-
 sterum Clericali characterẽ insigniri, vel ad minores Ordines promoueri ab alieno Episco-
 po, cum falsis dimissorijs contigerit, etiamsi qualitatibus per Concil. Trident. Decretum
 cap. 16. sess. 23. requisitis prædicti sint, Nihilominus sequuta tamen prius desuper Iudicis
 Ecclesiastici declaratione, fori priuilegiominimè gaudere, sed seculari iurisdictioni, vt an-
 tea, plenè in omnibus subiacere, & subiectos esse respectiuè volumus, sicque & non aliter
 per quoscunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Audi-
 tores, sublata eis, & eorum cuiuslibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, &
 auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam,
 quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. In contrarium facien-
 non obstantibus quibuscunque. Per præsentem autem constitutioni rec. me. Pij Papæ II.
 prædecessoris nostri contra malè promotos editæ nullatenus derogare intendimus, sed il-
 lam cum omnibus, & singulis in ea contentis, in suo robore, & efficacia permanere, perinde
 ac si præsentem non emanassent, decernimus. Vt autem præsentem literæ ad omnium
 notitiam facilius deuenire possint, volumus, quod illæ, siuè earum exempla in valuis Basili-
 carum Sancti Ioannis Lateranen., ac Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Aposto-
 licæ, necnon in acie Campi Floræ, vt moris est, affixæ, omnes, & singulos, quos illæ con-
 cernunt, perinde arctent, & afficiant, ac si vnicuiq. personaliter intimatæ fuissent; quodque
 earundem transumptis, etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo
 alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudi-
 cio, & extra illud vbiq. adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ,
 vel ostensæ. Datum Romæ Apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 11. Decem-
 bris M. D C. XXIII. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

V. Theatinus.

*Anno Milleesimo sexcentesimo vigesimo quarto Indictione septima Pontificatus Sanctiss. D. N. D. Urbani
 Diuina Providentia Pape Octauiani die vero decimo sexto mensis Decembris, retroscripta litera Apostolica
 affixæ, lectæ, & publicatæ fuerunt ad valuis Basilicarum Sancti Ioannis Lateranen. Principis Apostolo-
 rum de Vrbe, ac Cancellariæ Apostolicæ, aciei Campi Floræ, per nos Alexandrum de Roccis, & Antonium
 Hemilianum Sanctiss. D. Papa Curf.*

Brandimartes Latinus pro Mag. DD. Curf.



NOS Don Innocencio Maximo, Por la gracia de Dios y de la Santa Sede Apostolica, Obispo de Bertinoro, y de nuestro santissimo Padre Gregorio por la divina providencia Papa Decimoquinto, Nuncio, y Collector Apostolico en estos Reynos de España, con facultad de Legado a latere, Otro si, Iuez, executor que somos del negocio y causa infraescrita, en virtud de un Breue y letras Apostolicas expedidas por su Santidad, sub anulo Piscatoris, a instancia, pedimiento y suplicacion de la Religion de la Compañia de Iesus, que de yuso iràn insertas. A los venerables en Christo Padres señores, Arçobispos, y Obispos de estos Reynos, y a sus discretos Prouisores, Oficiales, y Vicarios generales, y a los Cabildos, ansí de las Metropolitanas y Catedrales, como Colegiales; y a los Curas, Rectores, Beneficiados, clerigos, y a las demas persona, o personas, a quie lo cõtenido en estas nuestras letras toca, o puede tocar en qualquier manera, y a quie fueren intimadas y notificadas, cuyos nombres y cognombres auemos aqui por expressados y nombrados, siendolo en su intimacion, y a cada uno insolidum. Salud en nuestro Señor Iesu Christo. Sepan que ante nos parecio el Reuerendo Padre Isidro de Arce Religioso, y Procurador general de la dicha Compañia de IESVS, por las Prouincias de España, y en su nombre presentò las dichas Bulas y letras Apostolicas de su Santidad, que para que dellas y de nuestra jurisdiccion cõfite, las mandamos aqui inserir, cuyo tenor es el siguiente.

GREGORIVS Papa decimusquintus, Ad perpetuam rei memoriam: Romanus Pontifex militat̃is Ecclesie regimini inscrutabili Diuinæ providentiæ sapientiæ præpositus, & Christi Fidelium sub suavi Religiosis iugo altissimo samulantium, eorum præsertim, qui vberes, assiduoque in vinea Domini fructus in defensis studijs offerunt, felici statui, atque commotis inuigilans, non nulla aliquando, quæ rationabilibus causis Apostolica Auctoritate concessa, & decreta sunt, ipsa rerum experientia suadente moderatur, & immutat, prout cõspicit in Domino salubriter expedire. Aliàs siquidem à felicis recordationis Leone Papa Vndecimo prædecessore nostro emanarunt literæ rectoris subsequenti, videlicet: Leo Papa Vndecimus, Ad perpetuam rei memoriam. Impositi nobis Apostolici muneris debitum exposcit, ut in his nostre auctoritatis partes libenter interponamus, per que

differentijs & controuersijs, inter Ecclesiasticas personas, &igentibus
è medio sublatis, earum quieti opportunè cōsulamus. Cum itaque aliàs
felix recordationis Paulus Papa 3. prædecessor noster Societati Iesu
ab ipso instituta & approbata, eiusque socijs inter alia concesserit, ut
de eis quæ in ornamentis, aut pro eis, aut libris, fabrica, luminarijs,
seu pro victu & indumentis eorum, necnon pro annuis censibus redimē
dis ad quorum solutionem aliqua domus Societatis prædicta obligata
forsan existebat, ac de domibus & Collegijs, & eorum prædijs, hortis,
alijsque locis eisdem socijs haberi concessis, aut de his quæ sibi pro huius
modi rebus, domibus, Collegijs, & hortis emendis per quascunque perso
nās pro tempore legari, aut relinqui contigisset, & alijs bonis quibuscū
que per dictam Societatem & illius Collegia possessis & obtentis, ali
quam decimam etiam Papalem soluere, seu Canonicam portionē ex
hibere, seu ad præstationem procuracionum, legatorum prædictæ Sedis,
vel Nunciorum ipsius, aut ordinationū, doctorum & exactionē colle
ctarum seu subsidiorum, vel prouisionum quorumcunque minimè tene
rentur, nec ad id per litteras eiusdem Sedis, aut Legatorum, vel Nū
ciorum, seu Diocesanorū prædictorum cuiuscunque tenoris forent ullo
unquam tempore compelli possent, nisi ipsa littera Apostolica plenam
& expressam, ac de verbo ad verbum de indulto, & concessione huius
modi, ac de eorum ordine mentionem fecissent. Et si fortè per ipsum
Paulum prædecessorem vel dictam Sedem de pijs legatis dispositis, &
relictis in genere vel specie, decima vel alia portio, seu quarta alteri
pia vel non pia causa, quomodolibet eatenus concessa fuissent, vel illā
in posterum concedi seu solui, aut dari & mandari contigisset, socios di
ctæ Societatis, ac illorum domus & bona quacunque & eis legata
& relicta, aut aliàs in eorum fauorem disposita in concessionibus &
mandatis huiusmodi minimè comprehendi decreuerit & voluerit, nisi
de ipsis, ac prædicto decreso, & voluntate, non per clausulas generales
idem importantes, sed vera & expressa, atque specifica mentio fieret
in eisdem. Et alias prout in litteris Apostolicis eiusdem Pauli præde
cessoris, sub data anno Incarnationis Dominicæ 1549. xv. Kalen.
Novembris, Pontificatus sui anno xv. expeditis. Cumque deinde re
colenda memoria Pio Papa 4. pro parte Prepositi Generalis & Uni
uersæ Societatis prædictæ exposito, quod quamuis dictus Paulus Præ
decessor eandem Societatem eiusque personas à decimarum, & aliarū
quarumcunque impositionū solutione eximisset. Quia tamen id differtis
verbis non videbatur explicatum, necnon in exemptione illis concessa
huiusmodi de domibus probationis & collegijs eiusdem Societatis, non
tamen professorum domibus, quæ iuxta regularia illius instituta bo
na stabilia habeant, aut habere possunt specialis mentio facta nõ fuerat

molestiam ipsis inferre, ac domos probationis & Collegia, ipsius Socie-
 tatis super exemptione huiusmodi perturbari posse tempore procedente
 timebant. Idcirco supplicationibus Praepositi Generalis & Societatis
 predictorum inclinatus priuilegia & exemptione, ac cum omnibus & singu-
 lis in eis contentis clausulis litteras Pauli praedecessoris predictas &
 illarum vigore, Domos, & Collegia eiusdem Societatis, ubilibet con-
 stituta & inde sequuta, quaecumque iuxta tenorem litterarum, earundem
 Apostolica auctoritate & certa scientia, confirmauit, & approbauit, ac
 etiam plenarie innouauerit, & de nouo quatinus opus esset coefferit, nec
 non illis perpetua & inuiolabilis firmitatis robur adiecerit omnesq; &
 singulos iuris & facti defectus siqui forsitan interuenissent in eisdem sup-
 pleuerit. Et nihilominus pro potiori cautela vniuersam Societatem,
 omniaque & singula illius domos Probationis & Collegia, ubilibet
 existente, praesentia, & futura, eorumque personas, fructus, redditus,
 prouentus, & bonorum Ecclesiasticorum, secularium & regularium, quocumque
 illis pro tempore unitorum, aliaque res & bona quaecumque a quibusuis
 decimis etiam Papalibus, praedialibus, personalibus, quartis, medietatibus,
 & alijs ordinarijs oneribus, etiam pro expeditione contra infideles
 defensione patriae & alias quomodolibet etiam ad Imperatorum,
 Regum, Ducum, & aliorum Principum instantiam pro tempore im-
 positis, etiam si in illorum impositione caueretur, quod nulla prorsus
 exemptio cuique aduersus illa suffragetur. Ita quod Societas eiusque
 Domus & Collegia, fructus, res, & bona praedicta semper ab illis, abs-
 que declaratione de super facienda excepta esset & esse censeretur perpetuo
 liberauerit, exemerit, & alia fecerit, prout in eiusdem Praedecessoris
 in forma Breuis, sub data die 19. Augusti 1561. Pontific. sui anno 11.
 Et cum domum Pie memoriae Gregorio Pape XIII. etiam praedeces-
 sori nostro pro parte, tunc existentis Praepositi Generalis eiusdem Socie-
 tatis lesu, pariter expofico quod licet praedictus Paulus 3. praedecessor
 volens dictam Societatem per eum Apostolica auctoritate institutam
 & approbatam, illiusque socios favore praesequi gratia specialis, inter
 alia eidem Societati & socijs supra memoratam exemptionem a decimis
 concessisset & indulgisset, & successiue Pius 4. litteras ipsius
 Pauli 3. ut supra dictum est confirmasset & approbasse, & alia co-
 ccessisset, prout in singulis supra dictis Pauli, & Praedecessorum litte-
 ris plenius continebatur, nihilominus quia in illis nulla de constitutio-
 ne romae. Innocentij Pape 3. similiter praedecessoris nostri in Concilio ge-
 nerali super decimis edita, quae incipit. Nuper, expressa & specifica me-
 mo facta, neque ei specialiter & expresse derogatum fuerat. Idem Praepo-
 situs dubitabat singulas litteras praedictas de subreptionis seu nullitatis
 vitio notari & Societati, illiusq; domibus & Collegijs, & personis pra-
 dictis

dictis minus uiles reddi, aut illa super exemptione, huiusmodi molestari vel perturbari posse tempore procedente, idem Gregorius predecessor quarumcunque litterarum & causarum super pramissis iam forsau motarum statum, & merita ac nomina, & cognomina iudicum, & collicigantium, ac titulos, & iura eorum pro expressis habens, & ipsius Prepositi Generalis supplicationibus ea in parte inclinatus uoluerit, ac Societati illiusque domibus, etiam Probationum, Collegijs, & personis predictis auctoritate Apostolica concesserit, quod singula littera predicta cum exemptionibus, ceterisque omnibus & singulis in eis contentis clausulis & decretis processusque habiti per eandem & inde sequuta quacunque ualere plenaque roboris firmitatem obtinerent, ac eis quibus concessa existebant perpetuo suffragarentur in omnibus & per omnia, perinde ac si in illis de Constitutione Innocentij predecessoris, & seu Concilij generalis huiusmodi specifica & expressa mentio facta, eique specialiter & expresse derogatum fuisset, prout idem Gregorius predecessor dictae Constitutioni ad effectum pramissum specialiter & expresse derogauit, decernens, ita in quibuscunque causis pendentibus & futuris, per quoscunque Iudices & Commissarios quauis auctoritate fungentes iudicari & definiri debere irritum quoque & inane, quicquid secus super his, a quoquam quauis auctoritate sciēter uel ignoranter contigisset attentari, & alias prout in eiusdem quoque Gregorij predecessoris in forma Breuis sub data die x. Ianuarij M. D. LXXVIII. Pontificatus sui anno sexto, expeditis litteris plenius continetur. Cunque sicut accepimus ex eo quod occasione predictorum Priuilegiarum Religiosi dictae Societatis, se eorūque domos etiam Probationum, Collegia & loca, ac praedia res & bona quacunque a solutione etiam decimarum, quae Parrochialibus, & alijs Ecclesijs de iure uel consuetudine, seu quouis alio titulo uel causa debentur, exceptos esse. Contra uero Metropolitanarū & Cathedraliū, ac aliarū Ecclesiarū Archiepiscopi, Episcopi, & alij Praesules venerabiles fratres & Capitula, ac parrochialiū Ecclesiarū Rectores Regnorū Castellae & Legionis, dilecti filij ipsos Religiosos Societatis lesu tali exemptione, in maximum illorū prauidicium abuti pretendunt inter illos dudum super hoc diuersalites, seu controuersia orta, & in causa seu causis huiusmodi ad aliquos actus deuentum fuerit, & licet demum de ineunda inter ipsas partes aliqua concordia tractatum, & in Congregatione generali Capitulorum, & totius Cleri dictorum Regnorū in Ciuitate Vallisoletana de anno M. D. CII. habita diuersa propositiones hinc inde inter ipsas partes, ad effectū huiusmodi concordiae ineundi factae fuissent, nihilominus aliquid conclusum non extiterit, sed utraque pars negotiū istud ad Roma-

num Pontificem remisit. Nos qui inter Ecclesiasticas personas
 pacem & quietem perpetuò vigere & conseruari sincero desideramus
 affectu, remissionem huiusmodi acceptantes, negotium huiusmodi iussu
 felicis recordationis Clementis Papa VIII. praedecessoris nostri matu-
 re discussum & examinatum, pro aequitate terminare, ac omnè ulterio-
 ris cōtrouersiae & discordia inter dictas partes occasionè praecidere statui-
 mus. Idcirco singulariū Pauli, Pij, & Gregorij praedecessorū, & aliarū
 quarumcunque in fauorè praedictae Societatis super huiusmodi exēptio-
 ne expeditarū litterarum tēiores, ac totos tenores & datas praesenti-
 bus pro plenè & sufficienter expressis & ad verbum insertis, habētes.
 Necnon quascunque lites & causas praemissorum occasione, hactenus
 inter venerabiles fratres Archiepiscopos, Episcopos, & alios Praesi-
 des fratres nostros & quasuis Metropolitanas, Cathedrales, Collegia-
 tas, Parroquiales, & alias Ecclesias, earumque Capitula, Collegia, Re-
 ctiores, & alias Ecclesiasticas personas dictorum Regnorū ex vna &
 dictam Societatem, & quasuis illius domos etiam professorum, nec-
 non Collegia, domos Probationis & alia loca quacunque ex altera par-
 tibus: coram quibuscunque iudicibus etiā nostri Sacri Palatii Aposto-
 lici, Rota Auditoribus, ac etiam sancta Romana Ecclesiae Cardinali-
 bus, & in quacunque instantia, tam coniunctim, quam diuisim penden-
 tes, quorum status & merita & nomina ac cognomina iudiciū & col-
 litigantium praesentibus similiter pro expressis haberi volumus in eisdē
 statu & terminis, in quibus reperiuntur ad nos harum serie auocātes,
 illasque penitus extinguentes, ac quascunque sententias, litteras execu-
 toriales, ad fauorem Societatis, seu illius domorum, seu Collegiorū aut
 alicuius illorum quomodolibet latis & relaxatas & etiam forsā exe-
 quitas & alias quascunque prouisiones quomodolibet & quandocum-
 que ad eorundē fauorem expeditas reuocantes, & ad praesentium praes-
 criptum reducentes, ac perpetuum partibus ipsis super praemissis omni-
 bus & singulis silentium imponentes, saluis tamen quibuscunque concor-
 dijs, seu transactionibus inter partes initis, quas in suo robore remane-
 re volumus. Mota proprio & ex certa scientia, ac matura delibera-
 tione, nostris de quē Apostolica potestatis plenitudine harum serie per-
 petuo statuimus, decernimus, & ordinamus, vt ex nunc deinceps per-
 petuis futuris temporibus praedicta Societas, & illius Domus etiam
 probationum, atque Collegia & loca quacunque vbinis locorū in Prae-
 dictis Regnis Castellae, & Legionis existentia ratione pradiorum, pos-
 sessionum vinearum, oliuetorum, terrarum, horterum, & bonorum
 quoruncunque, quae nunc possident quomodocunque & undecun-
 que ad eos peruenta, aut per eos adquisita fuerint, & etiam

66
corum que in posterū perpetuis, futuris temporibus, ex nouis Domorū,
seu Collegiorum foundationibus, aut alijs largitionibus, donationibus,
legatis, testamentis, codicillis, seu ultimis voluntatibus dumtaxat
adquirent, & non solum eorum, quæ locare & arrendare solent, sed
etiam eorum, que per proprios colonos, ac proprijs quoque manibus ex-
colant, loco decima vigesimam, scilicet ex singulis viginti unum, eo-
rum fructuum, cuiuscunque generis & speciei quos in illis colligunt,
necnon pecorum, & aliorum animalium, que in illis enutriunt, pesca-
tionum, auium, aliarumque rerum & specierum, de quibus de iure,
vel consuetudine decimari solet Ecclesijs, quibus aliquo circumscrip-
tus dictis priuilegijs decima per solui deberet per soluere teneantur &
obligati existant, & quia euenire poterit, vt Religiosi dicta Societa-
tis alia prædia possessiones, terras, & bona emptionis titulo in poste-
rum adquirant, aut prædia, terras & bona extraneorum excolant, vel
per eorum colonos excoli faciant. Nos ne super bonis in posterum ad-
quirendis, aut excolendis huiusmodi, & alijs supra deductis noua con-
trouersia deinceps oriatur declaramus, ac pariter statuimus & ordi-
namus, quod ratione eorum prædiorum, possessionum, terrarum, & bo-
norū, que emptionis titulo adquirent, aut que titulo locationis ab alijs
conduxerint, ipsi colant, aut coli faciant, nõ vigesimam sed integrā de-
cimam ijs Ecclesijs, quibus & prout antequam ipsi Religiosi illa tene-
rent, debebatur, pariter soluere teneantur & obligati existant. Ab his
iusmodi autem vigesima seu decima solutione, hortos seu viridaria,
que apud eorum domos seu Collegia intra Ciuitates & oppida habue-
runt: necnon etiam vnum tantum prædiolum in agro pro vna quaque
domo seu Collegio quod tamen muris circumdatum sit, & quatuor sa-
negarum illarum partium mensuram non excedant, exempta esse vo-
lumus & ordinamus: decernentes ipsos societatis Iesu Religiosos ad
mediam decimam seu vigesimam, & integrā decimam huiusmodi respectiue
solutionem faciendam de cætero omnino teneri, & ad id censuris &
pænis Ecclesiasticis, alijsque opportunis iuris & facti remedijs æque, ac
non exemptos cogi & compelli posse, neque ab huiusmodi media deci-
ma, seu vigesima, vel integrā decima solutione prædictarum Pauli
Pij, Gregory, aut aliorum Pontificum prædecessorum litterarum, aut
alio quouis prætextu, causa vel occasione resilire vel deficere vllaie-
nus posse. Ipsos vero Archiepiscopos, Episcopos, ac præsules, Capitula,
& Rectores Ecclesiarum prædictarum, & alias personas Ecclesiasti-
cas, quibus huiusmodi media, & integrā decima respectiue debebitur
earum solutione, prout à nobis vt præfertur statutū est, contentos esse de-
bere. Præsentibus quoque literæ ex eo quod partes ipsæ præmissis non
consen-

consenserint, aut alio quouis pretextu de subreptionis vel obreptionis,
 aut nullitatis vitio, seu intencionis nostra, vel alio quocunque defectu
 notari, impugnari redargui, aut infringi, suspendi, limitari, retractari,
 renocari, aut in ius vel controuersiam vocari, seu ad terminos iuris
 reduci, aut aduersus illas quodcunque gratia vel iustitia remedium
 impetrari nullatenus posse, sed semper ac perpetuo validas & effica-
 ces existere, & fore, ac illis omnibus & singulis quos concernunt ple-
 nissime suffragari, ac ab illis respectiue obseruari debere. Sicque & non
 aliter, per quoscunque, Iudices ordinarios & delegatos etiam causarum Pa-
 latij Apostolici Auditores, ac sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales etiam
 de latere Legatos, ac Sedis Apostolicae Nuncios sublata eis & eorum
 cuiuslibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate & autho-
 ritate iudicari & definiiri debere, ac irritum & inane si secus super his
 a quo quam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit at-
 tentari. Quo circa venerabili fratri Archiepiscopo Toletano, ac dile-
 cto filio causarum Curiae Camerae Apostolicae generali Auditori, &
 nostro & Apostolicae Sedis in Regnis Hispaniarum Nuntio, per pre-
 sentes committimus, & mandamus quatenus ipsi vel duo, aut unus
 eorum per se vel alius, seu alios presentes litteras, & in eis contenta
 quaecunque, ubi & quando opus fuerit, & quoties pro parte tam Socie-
 tatis, quam Capitulorum & aliorum praedictorum, seu alicuius eorum fuerint
 requisiti soleniter publicantes, illisque, in praemissis efficaciae defensionis praes-
 sidio assistentes, faciant auctoritate nostra illos, & eorum singulos eo-
 rumdem praemissorum effectu pacifice frui & gaudere. Non permittentes
 illos, aut aliquos illorum desuper a quoquam quauis auctoritate quo-
 modolibet indebitè molestari. Contradictores quoscunque ac praemissis non
 parces eiisque auxilium, consilium vel fauore publicè, vel occultè, directè
 seu indirectè, quomodolibet prestantes per censuras, & poenas Ecclesiasti-
 cas aliaque opportuna iuris & facti remedia, appellatione post habi-
 ta compescendo inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij se-
 cularis. Non obstantibus Pauli, Pij, Gregorij, & aliorum Pontificum
 praedecessorum litteris, ac similis memoriae Bonifacij Papae Octauae, etiam
 praedecessoris nostri, de una & in concilio generali edita, de duabus
 dietis, dummodo ultra tres dietas, aliquis auctoritate presentium ad in-
 ducium non trahatur, aliisque Apostolicis ac in vniuersalibus; Provin-
 cialibusque & Synodalibus Concilijs editis generalibus vel specialibus,
 constitutionibus, & ordinationibus, ac regulis Chancellariae, nostrae &
 praesertim de iure quæsito non tollendo, necnon tam ipsius Societatis,
 quam quarumcumque Ecclesiarum Metropolitanarum, Cathedralium, Col-
 legiarum, Parrochialium, & aliarum etiam iuramento confirmatione
 Apосто-

002

*Apostolica, & el quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consueto
dinibus privilegys quoque indultis & litteris Apostolicis, illis eorum
que superioribus & personis in genere vel in specie, sub quibuscunque
tenoribus & Formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogato
rijs, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis ac irritatibus, & alijs
decretis etiam in forma brevis, tam per nos, quam quosvis predecessores
nostros, ac etiam dicta Sedis legatos etiam ad quorumvis Imperatorum,
Regum, ducum instantiam, aut etiam motu proprio & ex certa scientia
ac de Apostolica potestatis plenitudine, aut etiam consistorialiter etiam
per viam generatis legis & statuti perpetui quomodolibet concessis, ac
etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis etiam maiori magno,
bulla aurea aut alijs nuncupatis. Quibus omnibus & singulis etiam
si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus
specialis, specifica, expressa & individua, non autem per clausulas gene
rales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut
aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda esset, tenores huiusmodi
ac si de verbo ad verbum infererentur, presentibus pro sufficienter ex
pressis habentes, illis alias in suo robore permanens hac vice dumtaxat
specialiter, & expresse derogamus contrarijs quibuscunque. Scuse
aliquibus comuni ter, vel diuisim ab eadem sit Sede indultum quod in
terdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Aposto
licas non facientes plenam, & expressam ac de verbo ad verbum de
indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem ut presentium tran
sumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij Apostolici publici sub
scriptis, & sigillo alicuius persona in dignitate Ecclesiastica constituta
munitis eadem prorsus fides adhibeatur, que ipsis presentibus adhibere
tur, si forent exhibitae vel ostense. Dat. Roma apud Sanctum Marcum
sub annullo Piscatoris, die 23. Aprilis 1605. P. N. anno Primo.*

N O S Quibus plene constat quam praecleara dicta Societas eximia, et
ga Sedem Apostolicam obedientia & obseruantia, ac propensa voluntatis
specimina semper ediderit, quaeque ab ea maximi, & vberissimi in Ecclesia
Catholica spirituales fructus deflexerint, & continue defluat. Religiosos
Collegiorum & domorum eiusdem Societatis, in praedictis Regnis assisten
tium ad Gentium & infidelium partes transfusi grauisimis laboribus, in
eodem modis, & periculis suis, Rem Christianam in Philippina, Perusina Mexi
cana, Paracuariensi, & noui Regni Prouincijs, totaque India Occidentali tueri
& conseruare, ac etiam Domino cooperante augere non desinant, & in pri
mo dictis Regnis, sicut accepimus Religiosi aliorum Ordinum aliquos deci
mas ratione honorum, quae proprijs manibus & sumptibus excolunt, sol
uere, seu praestare non conseruerint: Dictam Societatem, ac illius Colle
gia, domos & alia. Ideo in primo dictis Regnis existentia, specialibus favori
bus, & gratijs protequi volentes, necnon Praepositum Generalem eius, & So
cietatis, ac domorum & Collegiorum aliorumque locorum, huiusmodi frequ
las 73

Iares personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis & interdicti alijs
 que Ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis, à iure vel ab homine qua-
 uis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet in nodatz existunt ad
 effectū præsentium dumtaxat consequendū, harum serie absoluentes & ab-
 solutos fore censentes, supplicationibus, pro eorū parte nobis super hoc hu-
 militer porrectis inclinati, eidem Societati quod de cætero perpetuis futu-
 ris tēporibus illa, omniaque, & singula illius domus Collegia, & loca ubi-
 cunque in primo dictis, tamen Regnis dumtaxat existentia, præsentia, & fu-
 tura ad solutionem & præstationem decimæ integræ vel dimidiæ ratione
 prædiōrū, possessionum, vinearum, oliuetorum, terrarum, locorum & alio-
 rum bonorum quorumcunq; eiusdem Societatis in primo dictis Regnis,
 dūtaxat & quæ proprijs manibus aut sumptibus & per proprios colonos,
 nūc excolūt & pro tēpore excoluerint, siue prædia possessiones oliueta, &
 alia bona huiusmodi ad Societatem, illiusque domos & Collegia, & alia lo-
 ca prædicta ex eorum fundatione, aut alijs largitionibus, donationibus, le-
 gatis, testamentis, codicillis, aut alijs vltimis volūtarijs, vitionibus, applica-
 tionibus, cōcessionibus, emptionibus, aut alijs acquisitionibus, ac alijs quo-
 modocūque & qualitercūque hætenus iam sint acquisita, siue in posterū ad
 eandem Societatem Religiososque illius defferri cōtigerit, nisi prout alijs
 Mendicantes soluere consueuerūt minimè teneantur, Præsertim Leonis
 prædecessoris, huiusmodi litteris in alijs omnibus firmis, Et illæ reman-
 entibus, Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, & indul-
 gemus, nec illos per Archiepiscopos, Episcopos, Præsules, necnon Ca-
 pitula, Collegia, & Rectores Metropolitanarum, Cathedralium, Collegia-
 tarum, Parochialium aliarumque Ecclesiarum primo dictorum Regno-
 rum nunc & pro tempore existentes, & quosuis alios ad solutionem deci-
 marum huiusmodi ratione bonorū eiusdem Societatis quæ proprijs mani-
 bus, vel sumptibus vt præfatur excolunt seu excoli faciunt, aut excolunt
 aliter faciendā, quam prout dicti Mendicantes soluere consueuerunt, cogi
 aut compelli posse, minusque eos desuper earundem litterarum Leonis
 prædecessoris, seu quocunque alio colore vel ingenio publicè vel occultè,
 directè, vel indirectè molestari, perturbari, aut inquietari præsentisque
 has nostras litteras ex eo quod moderni Archiepiscopi Episcopi, alijsq; Præ-
 sules, necnon Capitula, & Rectores prædicti & alijs quicunque in præmis-
 sis interesse, quomodolibet habentes vel habere prætendētes eidem præ-
 missis non consenserint, ad eaque vocari non fuerint, aut alias ex quocun-
 que etiam enormissimæ læsionis, seu alio capite quantumuis legitimo, &
 iuridico de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu inten-
 tionis nostræ, vel alio quopiam defectu Notari, impugnari, retractari
 infringi, annullari, aut in ius vel controuersiam vocari, aut ad viam seu ter-
 minos iuris reduci, siue aduersus illas quodcunque iuris, gratiæ, vel facti
 remedium imperrari, seu cōcedi nullatenus vnquam posse sed illas semper
 & perpetuo validas, & efficaces esse & fore, ac eidem Societati, illiusque
 domibus Collegijs & alijs locis prædictis quæ concernunt, & in futurum
 concernere poterunt plenissime suffragari, ac ab omnibus ad quos spectat
 & sperabit in futurū obseruari, sicque & non aliter per quoscumque Judi-
 ces ordinarios Commissarios, etiam causarum Palatii Apostolici Audito-
 res & S. R. E. Cardinales etiam de latere legatos, ac Sedis Apostolicæ Nun-
 cios

cios sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate, vbi que iudicari & diffiniri debere, ac irritū & inane si secus super his, à quoquā quavis auctoritate scēstrer vel ignoranter cōtingerit attentari decernimus. Quo circa venerabilibus fratribus Innocētio Episcopo Brittoniēsi, moderno, & pro tēpore existenti nēstro & Apostolica sedis in Regnis Hispaniarum Nuntio, ac Andree Episcopo olim Conchenſi hēriticæ prauitatis in eisdem Regnis Hispaniarum Inquisitori generali, necnon dilecto filio causarum curiæ cameræ Apostolicæ generali Auditori per presentes committimus, & mandamus quatenus ipsi vel duo aut vnus eorum per se vel alium seu alios presentes litteras, & in eis contenta quæcumque vbi & quando opus fuerit, & quoties pro parte dictorum Præpositi Generalis, & Religiosorum, seu alicuius eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes eisque in præmissis efficacis deferensionis præsidio assistentes faciant præmissa omnia ab omnibus, quos illa concernunt inuolabiliter obseruari, ipsosque Præpositum Generalem, & Religiosos, seu aliquem illorum præmissis omnibus, & singulis pacificè frui & gaudere. Nō permittentes eos desuper per quoscunque quomodolibet indebitè molestari, contradicēdores quoscunque, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia appellatiōne postposita compeſcendo, legitimisque super his habendis seruatis processibus sententias, censuras, & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus agrauando inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstantibus singulis præmissis ac nostris, & Cæcellariæ nostræ regula de iure quæſito nō tollendo, necnon piæ memoriæ Bonifacij Papæ Octauij, etiā prædecessoris nostri de vna, & in Cōcilio generali edita de duabus dietis, dum modo vltra tres dietas aliquis auctōritate præſentiu ad iudiciū non trahatur, ac alijs quibusuis Apostolicis etiā in vniuersalibus Provincialibusque; & synodalibus Cōcilijs editis specialibus vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus; necnon tã ipsius Societatis, illiusque; domorū, Collegiorū, & aliorū locorum prædictorū, quā quarumcunque; Metropolitanarū, Cathedraliū, Collegiarum Parrochialium, & aliarum Ecclesiarum primo dictorū Regnorum etiam iuramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs que que indultis, & litteris Apostolicis eisdem Archiepiscopis siue Episcopis eorumque Ecclesijs Capitulis, & Canonicis, ac alijs quibusuis personis, sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis incontrariū forsan quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis, aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionē. Quibus omnibus etiam, si de illis illorumque totis tenoribus specialis, specifice & expressa mentio præsentibus faciēda foret, illorum tenores præsentibus pro plenè & sufficienter expressis habentes, illis alijs in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus ceterisque contrarijs quibuscunque. Datum Romæ apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris die decimaquinta Februarij 1623. Pontificatus nostri anno tertio. S. Cardinalis Sanctæ Susannæ.

*Yansi presentadas las dichas Bulasyletras Apostolicas
de suso*

de suso incorporadas, nos pidio y suplicò mandassemos aceptar la jurisdiccion que por ellas su Santidad Nos daua y concedia, y procediessemos a su execucion y cumplimiento, dando nuestras letras y mandamientos, con penas y censuras en forma, lleuandolas y haziendolas llevar a puray deuida execucion, con efecto y justicia. Y por Nos vistas (auiendo con la deuida reuerencia y respeto, aceptado la jurisdiccion, procediendo a su execucion y cumplimiento.) Mandamos dar y dimos las presentes. Por las quales, y por la autoridad Apostolica a nos concedida, de que en esta parte usamos, exortamos, requerimos, y si èdo necessario mandamos, en quãto a los dichos señores Arçobispos y Obispos, en virtud de santa obediencia, y sopena del enredicho del Ingresso de sus Iglesias, y suspension de los actos Pontificales, y de cada mil ducados aplicados para gastos de la Camara Apostolica. Y en quanto a los dichos Cabildos, ansi de las Metropolitanas, Catedrales, como Colegiales, (como dicho es) sopena del ingreso de sus mesas Capitulares, y de cada mil ducados aplicados segun dicho es. Y en quanto a cada vno de los capitulares de los dichos Cabildos, y a los, Curas, Rectores, Beneficiados, Clerigos, y a las demas persona o personas, a quien lo contenido en estas nuestras letras, toca o pùde tocar en qualquier manera, y a quien fuere intimadas y notificadas, cuyos nombres y cognòbres, auemos aqui por expresados, si èdo en su intimacion, y a cada vno, y qualquier dellos, sopena de excomuniõ mayor Apostolica, trina canõnica monitione premissa en derecho lata sententia, y de cada quinientos ducados, aplicados en la forma dicha, que si èdo requeridos con estas nuestras letras por parte de la dicha Compaña de Iesus, vean las dichas Bulas Apostolicas de suso insertas, y las guarden y cumplan, hagan guardar, y cumplir en todo y por todo, segun y como en ellas se contiene, sin yr ni venir en manera alguna, ni por ninguna causa ni razon cõtra su tenor y forma, y lo cumplan ansi los vnos y los otros cada

cada qual en quãto le toca e incumbe, tocar e incumbiere.
Con apercebimiento que lo contrario haziendo, procederemos
cõtra los rebeldes, contumazes e inobedientes, a agrava-
cion, rcagravacion, declaracion, y execuciõ de las dichas
penas y censuras por todo rigor de derecho. Y queremos, y
mandamos, que a los traslados destas nuestras letras etiam
impresos, y sellados con nuestro sello ordinario, y firmados
de nuestro Secretario infraescripto, se les dè la misma fee y
credito q̃ a las presẽtes originales. Por cuyo tenor mãdamos
a qualquier Notario, o Escriuano para ello requerido por
parte de la dicha Compañia de Iesus, so pena de excomuniõ
mayor lata e sententia, notifique las presentes a las perso-
nas que se les pidiere y van dirigidas. Y de todo dè fee sin las
detener, pagandoles sus devidos derechos. Dadas en Ma-
drid a veinte y nueue de Abril de mil y seiscientos veinte y
tres años. Innocēt. Episcop. Bertinori, Nunt. Apost.
Por mandado de su Señoria Illustrissima. Bartolome
Gutierrez Notario, Secretario.

Conuerda con su Original de que Jago se
Bartholome Gutierrez
not. J